



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.


19. Octobris. 14. Cal. Novemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

litam hoc loci agerent; responderunt: *Mori-*
apparare se festivam celebritatem festi turus
mox in honorem novi cujusdam san- ab An-
cti in caelo terrisque obeundi. Specta- gelo
culi finem fecit tabula mortualis, cujus sanctus
pulsu ad te in extremis positum voca- dicitur.
tus, summa utriusque lætitia te vidit
purissimum spiritum efflantem. Stultè
hic nos mortales imaginamur civitatem
permanentem. De mansione nimirum æ-
terna securus est, qui per hanc peregrina-
tionem conversatur spiritu in caelis, agnos-
cendus aliquando non ut peregrinus, sed
anticipata habitatione civis caeli.

S. BERNARDUS, ser. 7. in XL.

Felices qui se presenti seculo nequam Homo
advenas & peregrinos exhibent, im- est pe-
maculatos se custodientes ab eo. Pe- regri-
regrinus siquidem viâ regiâ incedit, 12.
non declinat, neque ad dexteram, ne-
que ad sinistram: ad patriam suspirat,
ad patriam tendit, victum & vestitum
habens, non vult alijs onerari.



19. Octobris. 14. Cal. Novemb.

B. FRANCO Converse Villariensis, Fl. circ.
 qui pro seculi hujus, felicitatem annum
 omnem in vanitate ponentis, genio e- 1200.

O O 7

nutritus,

nutritus, majorem ætatis floridæ partem fortunæ blandienti indulgisti. Cùm verò Monasticæ disciplinæ rigorem cum tua vivendi ratione conferres, optarésque potiùs in illo, quàm ista mori; Villarium petiisti: ubi inter egregios virtutum actus piissimè ex hac lacrymarum valle migrasti. *Utinam meæ memoriæ fixissimè inhaereret ista cogitatio: Sic vive, prout mori desideras: utique multa, quæ nunc perditè amo, utilissimè fugerem.*

*Floruit
circa
annum
1304.*

*Christi
ei Vul.
nerum
stigma-
ta im-
primis.*


B. ELISABETH de Spaelbek, Monasterii Herkenrodensis in inferiori Germania sanctimonialis: quæ verè cum Gentium Doctore dicere poteras: Nihil te scire præter Jesum Crucifixum: cujus Sacratissimos dolores tam ardenti amoris affectu sinè ulla propè intermissione contemplabaris, ut plerumque septies per diem linquente animo corpus immobile sinè ullo vitalis spiraminis signo per longum temporis spatium jaceret. Cessante tamen raptu vegeta injunctis muneribus alacriter incumbebas. Tantæ charitati ut vicem rependeret sponsus, quinque sua vulnera manibus, pedibus; & pectori tuo tam altè impressit, ut nunquam coaluerint, sed ex iis copiosus sanguis, maximè sexta qualibet feria, ebulliret.

ebulliret. His nempe monilibus ornari debueras, ut æternis amati amplexibus digna redderis. Tu hæc stigmata non corpori sed cordi meo imprime: sint illa cogitationum mearum frequens materia: & sicut in illis tota stat nostra salus, ita sint animæ meæ solatium, maximè in ultimo vitæ momento spes mea.

S. BERNARDUS, ser. 7. de XL.

Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus. Ac si diceret: Ad alia quidem omnia mortuus sum, non sentio, non attendo, non curo: si quæ verò sunt Christi, hæc vivum inveniunt & paratum.

Verè
vivit,
in quo
Christus
vivit.



20. Octobris. 13. Cal. Novemb.

B. JORDANE Monache Hemmen-Floruit rodensis, qui præter continuam ferè in ediam novo abstinentiæ genere 1218. multos annos sinè omni potu vixisti. Ne verò alii siti affligerentur, messis tempore aquam insipidam precibus tuis dulcem reddidisti. Nunquam sinè fenore offertur Deo holocaustam mortificationis; aut enim refundunt aliquod corpori solatium, aut animam implent majori abundantia gratiarum.

B. ELISABETH Monasterii B. MARIÆ